



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 90119266**

§. 69. Francofordensia Imperii comitia pro noci Imperatoris electione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

Sæc. XVIII. dictionis limites transgressum se agno-  
A. C. 1711. sceret, vel suam oppositionem flocci  
 haberi prospiceret, hinc die duodecima  
 Junii ad omnes Electores Catholicos  
 literas dedit, declarans, quod quam-  
 vis inter Electores intervenirent Aca-  
 tholici, aut alias legitimo eligendi jure  
 minime suffulti, Electionis tamen ean-  
 dem vim, & robur esse velit, ac si a  
 legitimis & Catholicis Electoribus rite  
 & ordine facta fuisset. Denique Au-  
 gusto Poloniæ Regi & Saxonix Electori  
 die vigesima ejusdem Mensis significa-  
 bat, opinari se, quod Rex Carolus esset  
 Imperio dignissimus, ejus ergo electio-  
 nem eidem Regi impense commen-  
 dabat.

## §. LXIX.

*Francfordiensa Imperii comitia pro  
 novi Imperatoris electione.*

*Wagner  
 Hist. Jos.  
 pag. 427.  
 Kettl. De-  
 cad. VI.  
 pag. 638.*

Cum omnes hæreditarii Status post  
 Josephi Cæsaris obitum successio-  
 nis jure in unum Carolum ejus Fra-  
 trem Hispaniæ Regem devolverentur,  
 spectata rerum vicissitudine Eugenius  
 Sabaudix Princeps, & Viennense Con-  
 siliium omnino necessarium duxerant,  
 ut Carolus Elisabetham conjugem suam  
 in certissimum constantis patrociniis pi-  
 gnus in Catalonia relinqueret, ipse  
 vero



vero Anglo - Batava classe reditum in Italiam maturaret. Hic igitur die vigesima septima Septembris Norisio Archithalasso Barcinone solvit, ac die undecima Octobris unacum Valentino Archiepiscopo, Liechtensteinio Principe, pluribusque aliis primæ Nobilitatis Proceribus Genuæ oram attigit; biduo post Mediolanum delatus. Ipso temporis momento, quo Pontifex Carolum Regem in Italiam trajecisse intellexerat, Josephum Cardinalem Imperialem tanquam Legatum a latere ablegavit, qui etiam Mediolani Carolo incolumem in Italiam adventum Pontificis nomine gratulatus, faustum suscepti in Germaniam itineris successum apprecabatur, Regiam suam Majestatem certiolem reddens, quod Pontifex Nepotem suum Annibalem Albanum Francofordiam præmiserit, eique Caroli electionem ad Imperiale solium urgenti injunxerit, ut quamprimum ea peracta fuerit, mox eidem obviam procederet, Augustam dignitatem Pontificio nomine gratulaturus. Interim de futuræ electionis negotio actum est; res nec ambigua, nec impedita videbatur; ipsi enim Angli Batavique datis ad Electores literis Carolo Cæsareum diadema conferri, se optare profitebantur; Moguntinum Archiepiscopum atque

Sæc. XVIII.  
A. C. 1711.



Sæc. XVIII. atque Electorem Eugenius Princeps,  
 A. C. 1711. Trevirensis vero, Palatinum, Saxo-  
 nem & Hannoveranum Eleonora Im-  
 peratrix Vidua in Caroli favorem alio-  
 quin jam paratos nullo negotio incli-  
 narunt: frustra amplissimis pollicitatio-  
 nibus Goffreius Franciæ Orator Bran-  
 deburgicum & Petroburgus Sabaudum  
 sollicitabant, ut Cæsareæ coronæ com-  
 petitores esse vellent: Electores Colo-  
 niensis & Bavarus jam die septima Maij  
 literas ad omnes Imperii Ordines de-  
 dere, postulantes, ut ad Electorum  
 comitia & suffragium admitterentur,  
 irritam alioqui, nullamque electionem  
 fore testati: quinimo Coloniensis Ele-  
 ctor die quarta Julii, & tertio post die  
 Bavarus ad omnes Imperii Electores  
 sequentem, ut vocant, *protestationem*  
 transmisere: „Serenissimus Elector Co-  
 „loniensis nihil ardentius, quam per-  
 „petuam Sacri Romani Imperii prospe-  
 „ritatem ac pacem desiderans, ne in  
 „præsenti rerum Germaniæ statu, dum  
 „de novo Imperatore legitime eligen-  
 „do agitur, Patriæ salus, & interna  
 „tranquillitas periclitetur per negle-  
 „ctum eorum, quæ ad Electionis Cæ-  
 „sareæ firmitatem exiguntur, univer-  
 „sis, quorum interest, notum esse vult,  
 „concursum se pro viribus, quan-  
 „tum in ipso est, & prout Imperii co-  
 „lum.



„lumnam, atque communis Patriæ Sæc. XVIII.  
„studiosum ac fidelem Principem de- A. C. 1711.  
„cet, ut omnia rite, valide, ac imper-  
„turbate gerantur, dummodo confe-  
„stim ditionibus & prærogativis sibi,  
„prætermisso juris ordine, & absque  
„culpa sua ablatis, in integrum restituatur.  
„tur. Existimaverat quidem Serenitas  
„sua Electoralis, jam remotis post nu-  
„perum Sacræ Cæsareæ Majestatis o-  
„bitum, cunctis obicibus, se æque ac  
„reliquos Electores ad proxime futuram  
„novi Imperatoris Electionem intra  
„tempus per auream bullam constitu-  
„tum invitatum iri, ea spe freta literas  
„die septima Maij tum ad Eminentis-  
„simum D. Electorem Moguntinum,  
„tum ad ceteros S. R. Imperii Electro-  
„res misit, ne post epistolam Apologeti-  
„cam a se nullo fructu ad Augustissimum  
„quondam Imperatorem Leopoldum  
„ante novennium scriptam, longiore  
„silentio vel cessisse indubitato jure suo,  
„vel exclusionem sui a functionibus in  
„Electoralis Collegio peragi solitis appro-  
„basse videretur. Cum vero ultra se-  
„cundum a morte ultimi Cæsaris men-  
„sem idem Serenissimus Elector ne-  
„que responsum ad literas præfatas  
„acceperit, neque ad celebrandam novi  
„Imperatoris electionem invitatus fue-  
„rit, atque timendum sit, sine præva-  
„lente



Sæc. XVIII. „lente inimicorum suorum authoritate  
 A. C. 1711. „libero suo juris usu, cum maximo  
 „totius Imperii discrimine, pro hac  
 „vice destituatur, suarum esse partium  
 „ducit, tum ad evertenda Patriæ fili  
 „dilectæ mala, tum ad sua, & tam  
 „Imperii totius, quam particularis Ec  
 „clesiæ suæ Coloniensis jura facta test  
 „servanda, per præsentis obtestari eos  
 „ad quos pertinet, omni meliore, qu  
 „potest, via ac forma, ut sine mora  
 „procedant ad amplectenda ea media  
 „quæ per fundamentales Imperii leges  
 „ad legitime constituendum ejus Caput  
 „præscripta sunt, atque actum hunc  
 „maxime necessarium a quacunque nul  
 „litate præservent. Superfluum foret,  
 „necessitatem indeclinabilem convoca  
 „tionis, & admissionis omnium ac fir  
 „gulum S. R. Imperii Electorum ad  
 „electionem Imperatoris valide pera  
 „gendam, multis argumentis demon  
 „strare, quæ ab ipsa Electorum insti  
 „tutione, ceu legitimæ electionis basis  
 „semper habita fuit, nec ex usu vetu  
 „stissimo a tempore Caroli Magni ad  
 „nos usque transmissa, & Pacis West  
 „phalicæ tabulis confirmata, quisquam  
 „Imperii Princeps e gradu suo dejici  
 „suove comitali suffragio privari potest  
 „absque generali assensu Imperii: multo  
 „minus Electores, postquam per spe  
 „cialis



„cialis Collegii erectionem a Principi- Sæc. XVIII.  
 „bus, & ceteris statibus separati fue- A. C. 1711.  
 „runt, Sessione, Voto, & Dignitate  
 „sua privari possunt, absque delibera-  
 „tione, & consensu totius Imperii, a  
 „quo videlicet tum Electores, tum re-  
 „liqui universam Authoritatem suam  
 „consequuntur: quemadmodum diserte  
 „in Art. III. Capitulationis Josephinæ  
 „continetur.,

„Deinde Constitutiones Anni 1495.  
 „& 1521. sub Imperatoribus Maximi-  
 „liano I. & Carolo V. conditæ de Prin-  
 „cipibus Ecclesiasticis etiam turbatæ  
 „pacis publicæ notorie reis, singulariter  
 „sanciant, eos in ejusmodi casu ad Ec-  
 „clesiasticum Superiorem suum remitti  
 „debere. Postrema quidem Capitula-  
 „tio Artic. 27. Collegii saltem Electo-  
 „ralis assensum postulat ad valorem Im-  
 „perialis Banni, omnium honorum ac  
 „jurium temporalium ademptionem per  
 „totum Imperium inducentis: sed legi  
 „sola Electorum Authoritate coangu-  
 „statæ locus ad summum tunc esse pot-  
 „est, cum criminis, & periculi gravi-  
 „tas moram non patitur, atque nec ge-  
 „neralis Imperii Conventus coactus est,  
 „nec tam tempestive cogi potest, ac  
 „publica Imperii necessitas requirit.,

„Extra quem casum peculiaris illa  
 „Principum Electorum cum Impera-  
 „tore



Sæc. XVIII. „tore facta conventio huic cæterorum  
 A. C. 1711. „Imperii Principum, ac ordinum jun-  
 „nullatenus officit, cui nunquam re-  
 „nuntiarunt, quodque non magis,  
 „quam aliud quodvis statibus Imperii  
 „quatenus talibus, competens, atque  
 „restauratum per Pacem Westphal. in  
 „invitis sub pœna fractæ pacis ipso jure  
 „& facto incurrenda adimere licet, et  
 „quibus Banni, inconsultis Imperii  
 „Principibus, ac reliquis Statibus con-  
 „tra Serenissimum Electorem Palati, in-  
 „validitas luculenter apparet. Si de-  
 „inde de prætensi hujus Banni justitia  
 „quæritur, nec Augustissimo Cæsari  
 „nec Electorali Collegio fas fuit Com-  
 „Principem suum, tanquam Patriæ  
 „hostem proscribere, quod pacem cum  
 „eo Rege tueri voluerit, qui palam ab-  
 „severaverat, si cum Serenissima Domina  
 „Austriaca sibi ad arma deveniendum  
 „esset, nunquam se invasurum Imperii  
 „fines, quamdiu Austriaci pariter in ho-  
 „dem sibi ab omni hostilitate tempera-  
 „rent, Quod servandæ tranquillitatis  
 „internæ consilium a Franconibus &  
 „Suevis jam ante susceptum adeo non  
 „improbavit Aula Viennensis, ut utrius-  
 „que rescripserit, non eam esse Cæsar-  
 „ris mentem, ut Germaniæ Status,  
 „præsertim, qui Gallorum irruptione  
 „magis paterent, ad infractionem pacis



Sæc. XVIII.  
A. C. 1711.

„adhuc recens cum Rege Christianissi-  
 „mo initæ, adigerentur. Interim Ele-  
 „ctor Colonienſis, cum Viennæ ſimul  
 „& Hagæ Comitſ ſimilis Conſilii ſui  
 „rationes exponeret, fruſtra eo Fran-  
 „coniæ & Sueviæ exemplo ſe munire  
 „conatus eſt, Authoribus belli conſtan-  
 „ter obſiſtentibus, ne Princeps pacis  
 „amans inter belligerantes medius ſta-  
 „ret, ſervaretque quietem Eccleſiarum  
 „ſibi a Deo commiſſarum, quæ non  
 „minus communi Germaniæ bono  
 „profutura eſſet, quam moderationi  
 „Eccleſiaſtici Principis conveniret. Co-  
 „mites de Königſeck & de Schlick,  
 „Mylord Galloway, & Bæro de Kinsky,  
 „alius poſt alium miſſi, ut Sereniſſi-  
 „mum Electorem urgerent, ad ineun-  
 „dam cum Auſtriacis, horumque con-  
 „fœderatis adverſus Galliæ & Hispa-  
 „niæ Reges, belli ſocietatem, prius-  
 „quam Imperium communi aſſenſu in-  
 „eam venire decreviſſet, teſtes erunt,  
 „quam nerveſe, quam ſincere hic Princeps  
 „ſingulis mentem ſuam aperuerit, ni-  
 „mirum Principatus, ac populos ſibi  
 „commiſſos novis belli, nihil ad ſe, &  
 „ad Imperium attinentis, calamitati-  
 „bus haud involvendos. In propatulo  
 „quippe fuit, quod Electoratus Colo-  
 „nienſis, & Principatus Leodiſis Re-  
 „gno Galliæ, & tam Hispanici, quam

T 2

„ſe-



Sæc. XVIII. „fœderati Belgii finibus adjacerent;  
 A. C. 1711. „quod unus in Europa Rex Christianis-  
 „simus eo tempore potentissimos exerci-  
 „tus aleret; quod Imperatori vires ei,  
 „quam moliebatur, expeditioni pares  
 „nondum suppeterent, quasque colli-  
 „gere poterat, eæ leucis plusquam cen-  
 „tum Germanicis ab inferiore Rheno  
 „& Mosâ abessent, quod Serenissimus  
 „Electoꝝ nollet, imputari sibi unquam  
 „posse, præcipiti declaratione contra  
 „Gallos per novissimam pacem cum Ger-  
 „manis reconciliatos a se novi exitialis  
 „belli facem ditionibus suis improvide  
 „illatam fuisse, quod dissidium de Hi-  
 „spanica Successione nuper exortam  
 „Leopoldum Gloriosæ memoriæ Impe-  
 „ratorem non ut Imperii, sed duntaxat  
 „ut Serenissimæ Domus Austriacæ ca-  
 „put spectaret, cui, ut Germanici cot-  
 „poris capiti, jus nullum competeret,  
 „bellum sive intra, sive extra Imperium  
 „movendi, nisi de trium, ejus colle-  
 „giorum consensu, hactenus a Cæsa-  
 „rea Majestate sua nondum obtento  
 „Cum eo loci res essent, liberum erat  
 „Serenissimo Electoꝝ, uti eo jure, fili-  
 „cipibus, ac Statibus communi, quo  
 „jure cuique fas est, ad Principatus,  
 „vel territorii sui conservationem inire  
 „fœdera, vicinorum Principum copias  
 „in



„in subsidium advocare, bellum, pa-  
 „cemque prout necessarium visum fue-  
 „rit, facere citra læsionem Imperato-  
 „ris, & Imperii, salvaque pace publica,  
 „cujus fractæ reus dici non debet, qui  
 „laceffit, injusteque provocatus ab  
 „aliis, eam sibi opem quærit, quam &  
 „qua ratione Imperii leges permittunt:  
 „quare Serenitati suæ Electorali vitio  
 „vertendum non fuit, quod tentatis  
 „in vanum omnibus pacis domi fer-  
 „vandæ modis, auxiliatricem vicino-  
 „rum manum ad sui defensionem ac-  
 „civerit. Nemo nescit, ipsam sub fi-  
 „nem Anni 1710. per Comitem de Kö-  
 „nigseck extraordinarium Cæsareæ Ma-  
 „jestatis Ablegatum ab Imperatore po-  
 „stulasse, ut aureæ pacis tanto sangui-  
 „ne, tantoque suorum, ac aliorum Im-  
 „perii Principatumum dispendio vix dum  
 „emptæ commodis inconcussa frui li-  
 „ceret, neutri dissidentium parti se ad-  
 „dicendo, donec Imperium Senatus  
 „Consulto communi per Imperatorem  
 „probato aliud juberet. Neque minus  
 „notum est, quam enixe insuper die  
 „17. Novembris ejusdem anni flagita-  
 „verit, ut exteræ legiones, quæ ex  
 „Hollandia magnis itineribus progre-  
 „diebantur, gradum sisterent; aut sal-  
 „tem ante diem ultimum Novembris  
 „Rhenum inferiorem trajicere vetaren-

T 3

„tur:

Sæc. XVIII.  
A. C. 1711.



Sæc. XVIII., tur: eo nimirum consilio, ut interim  
 A. C. 1711., mitigarentur hominum undique ab  
 „versus Serenitatem suam Electoralem  
 „insurgentium animi, eique fas esse  
 „optata pace potiri.,

„Admissa jam fuerat defuncti  
 „per felicis memoriæ Eminentissimi  
 „Electoris Trevirensis mediatio, cum  
 „omnis illa negotiatio abrupta, atque  
 „subversa est a Serenissimo Cardinali  
 „Saxone Ciziensi, propria manu, pau-  
 „cisque verbis scribente, parum oppo-  
 „sitam esse in eo rerum situ Neutra-  
 „ritatem, nec ullam cunctationem ra-  
 „tionibus Domus Austriacæ convenire  
 „Nec mora peregrinorum militum  
 „agmina ad Electoratus Colonien-  
 „ses deducuntur, adactura Serenita-  
 „tem Electoralem eo plane modo, qui  
 „non diu ante contra Serenissimum Du-  
 „cem Wolffenbüttelanum violentè  
 „actum fuerat, ad Cæsaris, & Con-  
 „federatorum suæ Domus consilia am-  
 „plectenda: in eas redactus angustias  
 „Electori, cum neque in Constitutioni-  
 „bus de tuenda pace publica latis salu-  
 „tem quærere, neque ab Electoral-  
 „Circulo, quæ sperare debuerat, sub-  
 „sidia præstolari posset, ut adversus in-  
 „gruentes externos milites de validis  
 „præsiidiis sibi prospiceret, nulli nisi de  
 „defensionis causa malum illaturis, cum  
 „iustæ



„justæ sui, ditionumque suarum de- Sæc. XVIII.  
 „sensionem consulere jam nulla alia ra- A. C. 1711.  
 „tione liceret, Ferdinandi II. Impera-  
 „toris exemplo nixus, in munitas urbes  
 „suas e Burgundico circulo copias  
 „auxiliares admisit, non prius tamen,  
 „quam jurejurando promississent, nul-  
 „lius se, quam Electoris jussis paritu-  
 „ras; nihil molituras adversus Impe-  
 „ratorem ac Imperium; & statim at-  
 „que id sibi placere Serenissimus Elector  
 „innuerit, ex ejus urbibus, & Princi-  
 „patibus nulla interposita mora, nulla  
 „difficultate opposita, recessuras. „

„Significarant ambo Reges Electori,  
 „Pacem Westphal. Noviomagensis,  
 „& Ryswicenses a se cum Imperio ac-  
 „curate servatum iri, ipseque cum  
 „utroque Rege ita convenerat, ut si  
 „in generalibus comitiis contra eos Ger-  
 „mania se Domui Austriacæ consocia-  
 „ret, Serenitas sua Electoralis a reliquo  
 „Germanico corpore non divelleretur,  
 „quod utique præstitisset integerrimus  
 „Princeps, nisi jam ante bellum An-  
 „no 1702. in Comitiis Ratisbonæ de-  
 „cretum, universis statibus suis præter  
 „minimam Principatus Leodiensis par-  
 „tem, præpropere spoliatus fuisset, qua  
 „de re minus ambigi poterat, cum  
 „multo prius per suum apud Ratisbo-  
 „nam Ministrum, eorum quæ contra



Sæc. XVIII. „jurium, Principatuumque suorum a  
 A. C. 1711. „gressores agere coactus fuerat, toti  
 „Imperio rationes reddi jussisset, & in  
 „litteris die 19. Martii Anno 1702. ad  
 „Augustissimum Imperatorem Leopoldum  
 „scriptis, cuncta quæ hæcenus  
 „gesserat, Germaniæ libertati, Bullæ  
 „Auræ, plurimis Imperii recessibus, &  
 „Pacis Westphalicæ Sanctionibus, con-  
 „sentanea demonstrasset, imo & suam  
 „illam agendi rationem novissima ipsius  
 „Imperatoris agendi ratione confirma-  
 „set, qui ut Archi-Dux Austriæ Ele-  
 „ctoribus aliquot, & Principibus Ger-  
 „maniæ junctus, fœdus offensivum cum  
 „magna Britannia, unitique Belgii Pro-  
 „vinciis recens pepigerat; nec in Ele-  
 „ctore Coloniensi, & Principe Leodiensi  
 „improbare poterat, quod exterorum  
 „armis in ditionum suarum viscera ir-  
 „rumpere attentantibus ipse tanquam  
 „violenter oppressus ad solam, eam-  
 „que necessariam statuum suorum de-  
 „fensionem, subsidiarium militem, cum  
 „enarratis supra cautionibus juxta fa-  
 „cultatem per notorias Imperii leges,  
 „ejus Statibus datam e circulo Bur-  
 „gundico advocavit.

„Serenissimi Electoris hostes, Prin-  
 „cipatum ejus incolumitati inviden-  
 „tes, metuentesque, ne si querelæ ac  
 „rationes epistola die 19. Mart. 1702.  
 „data



„data comprehensæ legerentur in Co-  
 „mittis Ratisbonensibus magno ibi suc-  
 „cessu admitterentur, omnem iis adi-  
 „tum intercluserunt, minisque, & in-  
 „sectationibus, seu veris, seu fictis Ba-  
 „ronem de Umgelter Serenissimi Ele-  
 „ctoris Ratisbonæ Legatum, Perso-  
 „nam hanc, & manus exuere coegerunt,  
 „alteroque per Electorem surrogato,  
 „toti in eo fuerunt, ut varias in dies  
 „causas comminiscerentur, per quas  
 „procrastinaretur hujus ad Collegium  
 „Electoralis admissio, nec foret, qui  
 „ibidem justissimam male habiti Prin-  
 „cipis causam oraret. Quæ ab Aula  
 „Viennensi exspectabat Elector, æque  
 „cassa, ac debito effecta frustrata fuere  
 „Anno 1701. die 13. Decembris scriptis  
 „ad Westphalici circuli Directores li-  
 „teris agnoverat Imperator, notum  
 „inter Electorem, & Capitulum Me-  
 „tropolitanam Ecclesiæ Coloniensis dis-  
 „sidium ad cognitionem comitiorum  
 „Imperii pertinere, quo negotium il-  
 „lud remitti oporteret, an non potius  
 „exspectandum erat, ut multo magis  
 „Consilium Imperiale Aulicum fatere-  
 „tur, suum non esse, de eo jure cogno-  
 „scere, quo inter Regalia Electorum  
 „jura nullum majus extitit; & Electro-  
 „rem Imperii susque deque habitis fun-  
 „damentalibus Imperii legibus contra

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1711.



**Sæc. XVIII.** „inconcussum Majorum morem absque  
**A. C. 1711.** „totius Imperii consensu, non posse pro-  
 „scribi? Verum quia providebat in Co-  
 „mitiis Ratisbonensibus procul partium  
 „studiis nullum malevolentiae, ac odio  
 „neque privatis Austriacæ Domus com-  
 „modis a publico bono sejunctis locum  
 „fore, Cæsarem a priore sensu dimo-  
 „vit effecitque, ne in negotio maxime  
 „arduo antiquissima illa, jam ab ævo  
 „Caroli Magni apud Germanos intro-  
 „ducta iudicii forma in ferenda de Prin-  
 „cipum vita, juribus ac bonis senten-  
 „tia, observaretur. Certe quovis alio  
 „tempore Serenissimi Electoris consilia  
 „& acta, eorumque rationes in Epistola  
 „præfata adductæ, laudem & applau-  
 „sum a Germanis tulissent, ast in præ-  
 „senti casu, dum agebatur de Serenissi-  
 „simæ Domus Austriacæ patrimonio  
 „augendo, Consilium Imperiale Aulic-  
 „cum salutare Serenitatis suæ Electora-  
 „lis uni Patriæ bono candide servientis  
 „propositum coloribus atris infecit  
 „cumque a Germania mercedem ferri  
 „deberet eorum, quæ belli ad Impe-  
 „rium nullatenus pertinentis ab Impe-  
 „rio propulsandi desiderio, aut fecit  
 „aut passa est, Princeps Optimus sum-  
 „mo cum doloris sensu, perspicit ea  
 „quæ in se inique gesta sunt, allegat  
 „nunc ab hostibus tanquam causas  
 „legi



„legitimam, cur suis, & Ecclesiæ suæ Sæc. XVIII.  
 „Colonienſis prærogativis privetur. Ab A. C. 1711.  
 „Electorum tamen æquitate etiamnum  
 „expectat, ut rationes, quibus & se,  
 „& acta sua causæque totius bonita-  
 „tem fundamentalibus Imperii juribus  
 „firmiter suffultam tuetur, atque adeo  
 „sua ipsorum jura attente perpendant:  
 „Eorumque justitia fretus, futurum  
 „non dubitat, quin oculis ad pragma-  
 „ticas Imperii Sanctiones defixis, ea-  
 „rum se normæ, quam infringi, aut  
 „inflexi sibi metipsis periculosissimum  
 „foret, sint accommodaturi, non so-  
 „lum imposterum eas ad vigorem ac-  
 „usum pristinum revocando: sed & ea,  
 „quæ illegitime, & invalide hætenus  
 „gesta sunt, juxta Pacis Westphalicæ  
 „mentem irrita, & nulla declarando:  
 „nec subverti ullo prætextu passuri sint,  
 „veterem Nationis, ac Libertatis Ger-  
 „manicæ morem, juxta quem omnes  
 „Imperii Principes ad tuendos Princi-  
 „patus suos, solliciteque propugnanda  
 „jura iisdem annexa, juramenti vin-  
 „culo obstringuntur: ac proinde ob id,  
 „quod suæ, ac suorum saluti providere  
 „studuerint, e Collegio Electorali ex-  
 „cludi non ferant, nec eorumdem Sta-  
 „tus, ac subditos a præstito Sacra-  
 „mento absolutos censi permittant,  
 „neque in hoc inter Principes Eccle-  
 „siasti-



Sæc. XVIII. „fiasticos & Laicos discrimen Imperii  
 A. C. 1711. „leges constituunt, ut sacros Antistites  
 „publice sui, & suarum Ecclesiarum  
 „direptionis otiosos spectatores existerent  
 „velint. Si tamen ea spes, quæ in  
 „perspecta Electorum æquitate con-  
 „quiescit, Serenissimum Electorem fab-  
 „leret: is sane nec in Patriæ leges peo-  
 „care censendus erit, si summa cum  
 „animi moderatione solo vindicanda-  
 „rum fundamentalium Imperii legum  
 „juriumque suorum, ac Ecclesiæ suæ  
 „non ammittendorum studio, protesta-  
 „tus sit, prout in eventum solemniter  
 „ter protestatur per præsentem, electio-  
 „nem futuri Cæsaris, quæ se non vo-  
 „cato, vel non admissa fieret, cassam  
 „fore; nec sibi imputari debere, quid-  
 „quid exinde sinistri in Imperium, non  
 „sua, sed aliorum culpa redundarit.  
 „Quamquam constanter existimet, ac  
 „que confidat, sub obtentu proscriptionis  
 „evidenter irritæ, ac omni robore  
 „vacuæ, non se defraudandum esse  
 „indubii juris sui usu, ut instans novi  
 „Cæsaris Electio omni labe immunis  
 „sit, eandemque, Deo favente, totius  
 „Europæ tranquillitas subsequatur.

lisdem pene rationibus innitebatur  
 protestatio nomine Electoris Bavari e-  
 dita.